



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

3. De 8. Beatitudine. Beati qui persecutionem patiuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

De 8. Beatitude. Beati, qui perse- III.  
cutionem patiuntur propter  
iustitiam.

I. Expende, quod octauus & supre-  
mus scalæ cœli gradus, tolerantia  
videlicet persecutionum, ut perfecta  
sit, requirat 1. Ut latissima sit, seu, ut  
se extendat ad omnis generis persecu-  
tiones, obtręctationes, molestias, ca-  
lumnias, iniuriasque, siue corpus, siue  
famam, siue externorum bonorum  
rapinam concernentes, vnde cunque,  
siue ab amicis & domesticis, siue ab  
inimicis & alienis, siue à dæmonibus,  
siue aliunde inferantur. 2. Ut purissi-  
ma sit, quoad intentionem diuini ho-  
noris, amoris & beneplaciti in his  
omnibus persecutionibus perpetien-  
dis, & quoad causam earundem illa-  
tarum, quæ debet esse virtus & iusti-  
tia, non aliqua vera culpa. 3. Ut inten-  
sissima sit, qua non solum patienter &  
libenter, sed & gaudenter prædicta o-  
mnia perferantur. 4. Ut fortis & con-  
stans sit eadem usque ad mortem inter  
maximas etiam persecutionum, iniu-  
riarum, eruciatur procellas perseue-  
rans. 5. Ut insatiabilis sit, quam aquæ

L 6 multæ

multæ tribulationum non extinguit,  
nec flumina obruant.

Hæc pretiosissima gemma est,  
æquivalens multis alijs bonorum  
operum sponte assumptorum thesau-  
ris, qua ingens gloriæ pondus breui  
tempore comparatur. Amor omniū  
quæ ad Crucem Christi pertinent.

**I I.** Quàm absolute nobis huius  
sublimissimæ tolerantiaæ omnis ge-  
neris persecutionum, iniuriarum,  
cruiciatum reliquerit Christus ex-  
emplum, in infantia gladium Hero-  
dis fugiens; tempore prædicationis  
tot obtrectationes & calumnias susci-  
tantes; & potissimum tempore passio-  
nis tanquam propedium hominum  
caput seditionorum, princeps latro-  
num in cruce moriens. Zelus Chri-  
stum caput nostrum imitandi.

**I I I.** Quale persecutionem sic pati-  
entibus sit propositum præmium,  
videlicet in hac vita ineffabile gaudi-  
ijs in summis angustijs, ærumna &  
tormentis communicari solitum: in  
altera amplissimum inæstimabilis  
gloriæ brauum, iuxta Apostolum: *Id*  
**2. Cor. 4.** *quod in præsenti est momentaneum, glo-  
rue tribulationis nostra, supra modum in  
sublimitate eternum glorie pondus opera-  
tur in nobis.*

Quam

Quām iure ergō pijs, quibus ipsa  
Veritas ait: *Beati estis cūm maledixerint  
vobis homines, gaudete & exultate, quo-  
niam merces vestra copiosa est in cœlo*, in  
omni tribulatione gaudendum, tūm  
ob spem amplissimā remunerationis,  
tūm ob affluentiam cœlestis consola-  
tionis? E contra quām meritō illis  
dolendum & plangendum, quibus cō-  
minatus eadē Veritas: *V& cum bene- Luc. 6.  
dixerint vobis homines, tūm ob caren-  
tiā omnī solatiū, tūm ob timorem  
impēndentis supplicij? Amor & des-  
iderium multa ardūa patiēdi, horror  
& fuga prosperitatum blandientis  
mundi.*

*De primo Apostolice vocationis nu- IV.  
nere, purgandi*

**E** *V*os estis sal terra. Expende, pri-  
mum munus ad statum Aposto-  
licum vocati, immō cuiusque Chri-  
stiani esse instar salis, quod à corru-  
ptione præseruat, purificat, & condit,  
omnes sibi commissos, imō omnes  
proximos, pro mensura gratiæ sibi da-  
tæ, à putredine peccatorum incorru-  
ptos præseruare, corruptos Christo sa-  
nandos præsentare, ad contractas ma-  
culas operibus pœnitentiæ expiandas,

L 1 7 alijs